

De excellentia diuini amoris

Dicit sicut et cognitio sum. s. a. deo non quod sicut dicat equitate cognitionis nisi ad diuina in gloria: sed similitudinem quandam. Et sicut diuis certitudinaliter et essentialiter sine medio cognoscatur merito similiter essentialiter et certitudinaliter cognoscemur eum. Certitudinaliter autem dico: ut excludatur cognitio puili que non est certa. Essentialiter autem dico: ut excludatur cognitio uidentis per speculum que est per medium remotum. Proinde de 3o. iij. ait. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Sic igitur ostendit apostolus dona propter necessaria ad salutem in gloria sempiterna euacuari.

Quod dona etiam necessaria ad salutem permanere charitate cessabunt in gloria paradisi. Cap. iij

Etiam autem ostendit apostolus quod in gloria non permanebunt dona etiam necessaria ad salutem propter charitatem. Quis uirtus rationis talis est. hic in presenti statu gratie manet. s. fides spes et charitas: sed in futura gloria nulla nisi sola charitas permanebit. Relinquit igitur quod maior his est charitas. Prima propositio exprimit cum dicitur. Nunc autem manent fides spes charitas tria. hinc autem tria que idem tangit. s. 1. timotheo. j. dicens. Similis precepti est charitas de corde puro. quoniam ad charitatem. scientia bona quoniam ad spem: et si de non ficta quoniam ad fidem. hinc quidem uirtutes mirabiliter coniunguntur et annectuntur. quod ueraciter non possum credere nisi promissa sperem. nec promissa sperare poterim si deficit fides firma: nec aderit fructus spei nec firmitas fidei nisi adsit perfecta charitas christi que ad fidei adiuuet et spem in expectatione corroborat et proficit. Sed in futuro regno non permanet fides nec spes sed sola charitas perseverat. hinc enim supponit apostolus per euidenti. Nam cum fidei sit credere quod non uideri. spei expectare quod non haberi. charitatis uero diligere quod iam habet cum in futuro iam clare uideatur deus et certitudinaliter habeatur: relinquitur quod non remanebit fides neque spes. sed tamen charitas perdurabit. Ex quo etiam apostolus subdit. Maior autem horum est charitas. Glo. Que. s. in decedentibus permanebit augmentata non euacuata. Et quod charitas maior est mox per petrus. j. per. iij. illam ante alias uirtutes habere dicens. Ante omnia autem uiuamus in uobis: membris murus charitatis habentes. Et Col. iij. uinculum perfectionis denotat. Nam cetera uirtutes quasi sunt fessum uehiculum. quasi uianti uiantium quasi lucerna caligantibus. quasi arma pugnantibus. Ipsa uero charitas est reges fessum. uiatorum ma-

stro. lux plena puenientia. perfecta corona uiatorum hic per gratiam in futuro per gloriam: quam nobis largiri dignetur qui est benedictus in secula se. Amen.

Feria. ij. post dominicam in quinquesima de excellentia diuini amoris. Sermo. iij.

Ides spes cha

ritas tria. h. maior autem horum est charitas. s. Col. iij. Ita ad considerationem excellentissime charitatis iuxta proportionata transferam sermonem. Ad dicendum tamen intelligentiam notandum est. quod sicut doctores differencia est inter h. tria. charitatem. amorem. et dilectionem. Nam charitas est uisibilis uirtus in quantum est omnium aliarum uirtutum forma: et est uirtus particularis et impariter cunctarum uirtutum cuiuslibet uirtuti imparis. que sibi placita sunt operari. Amor est habitus particularis in quo realiter requiescit. Dilectio est amor proximi ut dicitur dilectio quasi duorum ligatio. Societas enim amantem amato in amore uel. s. mutuo se diligant. Vel aliter dicitur quod deum amamus propter se. diligimus uel eum super omnia: sed charitas uirtus complectitur. Sed quod de latitudine charitatis est sermo. Ideo large modo loquimur sicut consuetudinem scripturarum. summam charitatem amorem et dilectionem per eodem in toto presenti tractatu: et ad presens de excellentia charitatis sit sermo. sicut inuinit apostolus in pallegato uerbo dicens. Fides spes charitas tria hec uel. s. Fides. s. in rationali quasi fundamentum. spes in irascibili quasi incrementum: charitas in concupiscibili quasi complementum tria h. pauca quidem sed necessaria ad salutem: sed maior horum est charitas. prima. s. fides tanquam splendor ignis. secunda. i. spes tanquam flamma ignis terna. i. charitas est ipsa ignis. Item xij. sunt excellentie charitatis seu diuini amoris. Prima dicitur naturalitas. secunda delectabilitas. tertia necessitas. quarta profortitas. Addantur et alie quatuor. prima dicitur formositas. secunda regalitas. tertia insupabilitas. quarta remunerabilitas. Supaddantur alia quatuor. prima dicitur insatiabilitas. secunda fructuositas. tertia leuitas. quarta durabilitas.

Articulus primus in quo ostenduntur prime quatuor excellentie diuini amoris. Prima excellentia est quod nulla uirtus naturalior est in mente quam amor dei. Cap. j.